



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Bulla Cruciatæ Quoad alia

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Bulla non suspendit privilegia concessa in iure communi, vel approbata per antiquam consuetudinem.

95. Bulla non suspendit privilegia concessa in iure communi, neq; approbata usu tolerata consuetudinis. Quia hæc non exprimit. Et idem possunt Regulares uti privilegio celebrandi tempore interdicti in aliquibus festivitibus, & ad officia divina ac recipienda Sacramenta omnes admittere. Ita Villalobos tom. 1. tractat. 27. claus. 12. num. 7. part. 1. tract. 11. resol. 87.

Et indulgentiæ, quas Commisarius Cruciatæ suspendit, publicari possunt de ejus licentia, acquirendæ tamen ab habentibus Cruciatam. Sed in hac licentia nec ipse, nec ejus Notarius, possunt aliquid accipere vel jure laboris. Vide V. Commisarius Cruciatæ, numer. 5.†

96. † Indulgentiæ, quas Commisarius Cruciatæ suspendit, publicari possunt de ejus licentia, acquirendæ tamen ab habentibus Cruciatam. Sed in hac licentia nec ipse, nec ejus Notarius, possunt aliquid accipere vel jure laboris. Vide V. Commisarius Cruciatæ, numer. 5.†

BULLA CRUCIATÆ Quoad alia.

Bulla Cruciatæ non suspenditur per Bullam Cæna. Nec per Jubilatæ anni sancti.

97. Bulla Cruciatæ, quoad facultatem absolvendi à reservatis in ipsa non suspenditur per Bullam Cæna. Vide V. Bullæ Cæna num. 37. Item non suspenditur per Jubilatæ anni sancti. Ita Rodriquez in Bull. §. 12. dub. 6. nunc. 8. asserens pro hac sententia declarationem Clement. VIII. in Jubilæo anni 1600. sicut etiam declaravit S. D. N. Urbanus VIII. pro Jubilæo anni 1625. ut testatus est vir fide dignus. Ratio autem est; quia Bulla est concessa per modum contractus, per Jubilæum vero non revocantur privilegia concessa in formam contractus. Sed Navarr. not. 33. num. 3. & alii contrarium docent. part. 1. tract. 11. resol. 97.

Bulla privilegii uti quis potest extra Regna Hispaniarum.

98 Privilegiis Bullæ potest quis uti extra Regna Hispaniæ, ubi Bulla non publicatur: & sic sumens Bullam in Sicilia, si postea Romam petat, potest sibi Confessarium eligere, & cum illo à reservatis absolvi. Excipe tamen privilegium edendi carnes, & lactinia, nam hoc conceditur tantum commorantibus in Regnis Hispaniarum. Ita Villalobos tom. 1. tract. 27. in tit. num. 3. part. 1. tract. 11. resol. 1.

Excipe esum verum, ut sup. n. 70.

99. Bullæ privilegia sunt favorabilia, ac proinde amplianda. Quia sunt beneficium Principis, sine alicujus præjudicio. Sunt opus liberalitatis, clementiæ, &c. Et tandem ordinantur ad publicam Ecclesiæ necessitatem sublevandam. Ita Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 3. contra Sanchez de matrimon. tom. 3. lib. 8. disp. 2. num. 7. part. 1. tract. 11. resol. 98.

Bulla privilegia favorabilia, & idem amplianda.

CALIX.

1. † Calix debet esse consecratus: † Et quidem consecratus remanet, si in illo non consecrato aliquis ignoranter celebret. Nec iterum consecrari debet, nisi usu aurum amittens, iterum deauratur. Vide ver. Vasa sacra. Celebrari in calice non consecrato, vel ligneo peccare, sed non incurrere pœnâ depositionis, docet Tamb. opus. de sacrif. miss. l. 1. c. 1. §. 3. Sed non audeo discedere à cõmuni DD. sententiâ quæ habet, quod incurrat pœnam. Dicast. de Sacr. 20. l. 1. tr. 5. disp. 4. dub. 9. p. II. tr. 8. res. 31. pœna autem est, depositio ab officio & beneficio, c. ult. de col. miss.

Calix debet esse consecratus, sed quo modo?

CAMBIVM.

1. † Cambium est permutatio negotiatoria numismatis pro numismate. Ejus quatuor sunt species. Cambium per minutum, cambium fictum, cambium per litteras, & cambium reale. Circa cambium per litteras. † 2. Frequens est hodie cambium, vulgo dictum collaricorsa, in quo procurator campforis respondet pro campforio cum pecuniis ipsius campforis. Illius praxim invenies apud Salonium de justitia. tom. 2. quæst. 4. artic. 2. contr. 12. Porro hoc cambium Sotus justit. libr. 6. Pars negati. quæst. 10. articul. 1. & quæstion. 13. art. 1. v. aprobati. & alii vocant usurarium. Quia in vetero cambio, sicut interveniunt diversi domini, ita intervenire debet versa pecunia: nam pecuniæ unius personæ

Cambium quid; & quotuplex?

Cambium [con la ricorsa] an licitum?

Pars negati. quæst. 10. articul. 1. & quæstion. 13. art. 1. v. aprobati.

Quia in vetero cambio, sicut interveniunt diversi domini, ita intervenire debet versa pecunia: nam pecuniæ unius personæ